

gendum LIBERTINOS, sed LIBYSTINOS; credit enim ille uir, hos Iudaeos fuisse incolas *Libyae*, urbis regiae in tertia parte Aegypti, *Libya Sicca* nominata, et, teste IOSEPHO, g) probare annititur, Iudaeos tunc temporis plurimos in *Alexandria Cyrene* et *Libya* habitasse, in quas tres partes iisdem nominibus insignitas, si AMMIANO MARCELLINO credimus, regnum Aegyptiacum eodem tempore diuidebatur. IACOBVS ALTINGIVS h) euincere studet, LV-CAM per LIBERTINOS nihil aliud intellexisse quam NETHINAEOS et *Salomonis Seruos*, qui templi serui, et ita a Romanis LIBERTINI uocati fuissent; hi ex illius sententia habebant quidem libertatem, sed diminutam, et licet non unius mancipium hominis priuati, tamen rei publicae Iudaicae, et imprimis ecclesiae, haereditario onere a parentibus ad ipsos deuoluto serui erant perpetui, quod temporibus IOSVAE *Gibeonis* ciues se posterosque suos Israelitis ad sempiternam seruitutem uendebant. Sed quamuis ALTINGIVS tam eleganter scripserit, ut nuper pie defunctus *Celeberrimus Theologus*, D. DEYLINGIVS, i) de

liae 220. ita scribit: *Et hoc uero primum argumento multa indaganti mihi illud succurrit reponendum ibi loco Λιβυστινων uocem Λιβυστινων, id est Λιβυσινων: nam εε (id est ue) et υς (id est is) in MSS. eodem ferme modo exprimentur, Λιβυσινοι porro Iudaei nihil aliud sunt, quam Libyenses ex Lybia orti. Nam, ut STEPHANVS docet, in uoce Listus a Λιβυς, Λιβυος, pleonasmō τὸ ε̄ dicitur Λιβυσιον et Λιβυσικον et Λιβυσινος et Λιβυσινης etc. Sic et Libystinus Apollo a Libya apud MACROBIUM 1. Saturn. XVII. p. 228. Sic Libystini AVIENO in descriptione orae maritimae. Eadem forma Libystis urfa duobus locis apud VIRGILIUM Aeneidos Lib. V. et VIII.*

g) in Antiqu. Iud. Lib. XII. cap. I. pag. editionis Hauercampianae 585. et Lib. II. contra Apionem pag. 1063.

h) Heptad. VII. Diff. VII. §. 54. et 55. Tom. V. Operum suorum pag. 238.

i) Obseru. Sacr. Part. II. cap. XXXV. §. XI. pag. 336.